



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Vsus necromantiæ quo dæmonis inuocatur auxilium, omnino prohibitus
est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

peccatum est mortale: utpote contra charitatem, qua
& nos & proximos sicut nos diligere tenemur. Iudici
tamen secundum iustitiæ ordinem sicut licet occide-
re, ita licet mutilare malefactorem.

*Vsus necromantie quo demonis inuoca-
tur auxilium, omnino prohibitus est.*

Necromantia (qua diuinatur per mortuos, seu
mortuorum personas agentes dæmones) ut pe-
tente Saule rege mulier suscitauit Samuelem consu-
lendum de bello Philistinorum, peccatū est magnū
valde: utpote ad inuocationem dæmonum recurrēs.
Inchoant siquidem tales hic societatem quam perpe-
tuo habituri sunt cum dæmonibus.

*Solicitudinem salutis contemnens, pec-
catum incurrit grauissimum.*

Negligentia, qua homo deficit à solitudine de-
biti operis intus vel extra, peccatum est: quia re-
ctæ rationi dissonat. Est autem mortale peccatum
dupliciter. Vel ex opere debito de necessitate salutis,
vel ex cōtemptu, nam si quis ex contēptu diuini amo-
ris negligit, aut negligit illud ad quod de necessitate
salutis tenetur, manifestè incurrit mortale peccatum.

Extra hos autem casus venialis est negligentia.

*Tristitia de alterius bono vel prospere-
ritate damnabilis est, & proprie
vocatur nemesi.*

Nemesi (hoc est tristitia quam homo habet de
alieno bono temporali, quia ille habens tale bo-
num est indignus tali bono: ut quum quis tristatur
quia homo malus habet diuitias, est bene fortuna-
tus, omnia illi succedunt ad votum &c.) peccatū est,
pro quanto diuinæ prouidentię actionē arguit tan-
quam